Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

II. Series Annorum Mundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

II.

DE SERIE AN-
norum Mundi.

Sapientiſsimo conſilio Deus anni curriculum
dinauit, & tempora diſtinxit, & certam annor
mundi ſeriem tradidit, præcipuè eam ob cauſam,
nos in Eccleſia ſciremus, quo ordine & quibus m
dis ſe Deus patefecerit, Quando condiderit M
dum, Quod fuerit initium Eccleſiæ, Quo temp
promiſsionem de Semine Chriſto reuelauerit &
petiuerit, Quando Lex in monte Synai promulg
ſit, Quando uenturus fuerit Meſsias, ut fieret
ctima.

Deinde in hiſtorijs, ſeries & mutationes im
riorum cogitari & diſtingui, & ut Polybius loqu
tur σωματοποιηθῆναι non poſſent: & in com
muni uita omnium negociorum, contractuum, p
ctorum, iudiciorum & omnium ciuilium officior
triſtiſsima confuſio eſſet, niſi annorum ratio, & te
porum diſcrimina hominibus nota eſſent.

Propter has cauſas DEVS immenſo benef
tempora diſtinxit, & continuam ſeriem annor
Mundi in libris ſacris conſeruauit, quam in ſeque
Tabella Studioſis ſpectandam & ediſcendam p
pono.

TABE

TABELLA ANNORVM Mundi ex Biblijs.

1656. A condito mundo ad diluuium. Gen.5.&7.
292. A diluuio ad natum Abraham. Gen.11.
75. Abrahæ tradita promiſsio de Semine benedicto. Gen.12.
430. A promiſsione tradita, uſq; ad Exitum de Ægypto, & promulgatam Legem. Galat.3. Exod.12.
480. Ab exitu ex Ægypto uſq; ad Templum Salomonis. 3.Reg.6.
469. A Templo Salomonis ad euerſionem Ieroſolymorum ex lib.3.& 4.Regum. Et Lutheri Chronicis, ac Ioſepho.
70. Captiuitatis Babylonicæ. Ierem.25.29. Danielis 9.
490. A promulgatione Edicti uſq; ad Chriſtum. Dan.9.
1552. A nato Chriſto.
5514. A condito Mundo ad hunc annum currentem 1552.

Hanc Tabellam propono, ut Studioſi cernant primos fontes, ex quibus certiſsima ſupputatio annorum Mundi poteſt ſumi.

Ac omnes numeri certo ex ſcriptura colligi poſſunt, exceptis 469. annis, ab ædificatione Templi uſq; ad ca-

ad captiuitatem Babylonicam. Vbi ex terti[o] quarto libris Regum anni 431. tantum coacer[uari] poſſunt. Sed Lutherus 8. annis Ioram, 20. anno[s] dit, & inter Azariam & Amaziam inter reg[num] decem inſerit annorum.

Et Ioſephus lib. 10. cap. 10. ſcribit ab ædifica[tione] Templi uſq; ad conflagrationem elapſos eſſe an[nos] 470. qui numerus cum noſtro conuenit. Quod [ſi] hoc numero à Ioſepho & Luthero erratum eſt, [p] ut hoc erratum comiter alij emendent.

Quod autem in uulgaribus Chronicis Euſeb[ij] aliorum, qui Euſebium ſecuti ſunt, numerus an[no]rum mundi multo maior eſt, uidelicet 6751, id e[x] la LXX. interpretum uerſione, à librarijs dep[ra]uata, oritur.

Ac fere omnis ſupputationum diſcrepanti[a] in annis qui Geneſ. 5. & 11. Capite, uſq; ad na[tiuitatem] Abraham referuntur, Vt ex ſequenti Tabella p[er]ſpicuum eſt.

	Gen. 5. Ebræi	LXX Interpr[etes] habent anno[s]
Adam natos annos	130 genuit	330
Seth	105	205
Enos	90	190
Cainan	70	170
Maleleel	65	165
Iared	162	162
Enoch	65	165

Mal[eleel]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mathuſalem	187	187
Lamech	182	188
Noe	600	600

Summa annorum uſq; ad diluuium iuxta Ebræos 1656. Iuxta LXX 2362. annorum.

Differentia eſt 709.

In Euſebio ſunt anni 2242. uſq; ad diluuium. Et in Latinis Biblijs ex LXX interpretatione conuerſis, Adam tantum habet 230. & Mathuſalem 167 annos.

Gen. 11.	Ebræi	LXX.
Sem poſt diluuium	2	2
Arphaxat anno	35	135
	Cainan irrepſit ex Catalogo Gen. 5.	130
Sale	30	130
Heber	14	134
Phalech	30	130
Regu	32	132
Saruch	30	130
Nachon	29	179
Thare	70.	70.
	292.	LXX.

Summa à Diluuio ad natū Abraham 292. 1170.

Differentia eſt 880.

Facile autem ex Quinto & Vndecimo Capite

Geneſis, numerus Annorum mundi uſq; ad diluui- & deinceps à diluuio uſq; ad natum Abraha- quouis poterit colligi, ſi annos, quibus ſinguli pa- uſq; ad natum Filium uixerunt, per additionem acervabit.

Diſcant autem hoc in loco etiam Studioſi ſe- tentiam ſeu traditionem domus Heliæ Prophe- quæ his uerbis recitatur in Thalmud, Ordinari- *ſeu parte quarta lib. 2. cui Titulus eſt* Sanhedri- *cap. 14. & lib. 5. cap. 1.*

Sex millibus annorum durabit Mun- dus.

Duo millia inane, *ſcilicet ab eo tempore quo Moyſes dixit. Terra erat inanis & uacu- uſq; ad Legem Circumciſionis &c.*

Duo millia Lex.

Duo millia dies Meſsiæ.

(Hactenus Elias, poſtea ſubijciunt Rabini.)

Et propter peccata noſtra, quæ plu- ma ſunt, deerunt anni aliquot.

Vt enim Sex ſunt dies Hebdomadæ, quibus cre- uit Deus Cœlum & Terram, ſeptimus eſt Sab- tum, quo quieuit Deus. Ita ratiocinatur hunc Mu- dum Sex millibus annorum eſſe duraturum. Na- mille anni coram Deo ſunt ſicut dies unus. 2. Pet. *Pſalm. 90. Septimus millenarius erit æternum Sa- batum. Ebr. 4.*

D